



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

I. De episcopis qui pecuniam ab ordinandis exigunt, & de ordinatis per simoniam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

572 VICTOR P. II. CONCILIVM HENRICVS IV. IMP.
HENRICVS I. REX FR.

IX. *Vt laici res defunctorum suscipere non audeant.* XII. *Vt adulteri & incesti pænitentiant.*
X. *De iure episcoporum in ecclesiis subiectas.* XIII. *Vt hereticorum & excommunicatorum societatem cuncti fugiant.*

ANNO CHRISTI 1056.

P R A E F A T I O.

ANNO incarnationis dominicæ millesimo quinquagesimo sexto, Idibus Septembris, habita est sancta Synodus decem & octo episcoporum apud urbem Tolosam, iussu domni papæ Victoris, qui ob funditus extirpandam simoniacam heresim, ac reparandum sanctæ ecclesiæ statutum secundum priscorum scita Canonum, vicarios vice sua direxit Rambaldum Arelatensem, & Pontium Aquensem archiepiscopos, qui adiuncto sibi Vvifredo Dei gratia Narbonensi archiepiscopo, aliisque coepiscopis certarum urbium sancti Petri auctoritate & prænominati papæ iussione, sanctorum patrum... sequentes, hæc in prouinciis Galliæ atque Hispaniæ perpetim obseruanda æstimauerunt.

C A P I T V L A.

I.

Si quis episcoporum accepta quocumque modo pecunia ordinauerit episcopum, abbatem, presbyterum, diaconum, aut quemcumque alium, qui numeratur inter clericos, ipse gradus sui subiaceat periculo: & qui sic ordinatur, nullum habeat fructum ex huiusmodi mercimonio, sed sit alienus eius dignitatis & ordinis quem per pecunias acquisiuit.

II.

Item placuit confirmare, sicut scriptum est, vt episcopus vel abbas presbyter ante triginta annos, diaconus vero ante vigintquinque non ordinetur, nisi aut studio sanctitatis aut sapientiæ ornati,